

Semesterstartcafé Wintersemester 2017/18

Ad hunc conventum vos, scholares carissimae carissimique, socii sociaequae, collegae venerabiles, praesertim magnifica praeses Gien, non solum propter salutationem convocavi, sed etiam ut vobis aperiam, quod facultati theologiae Catholicae Universitatis nostrae non parum cordi est. Nam facultas theologiae intellexit et pro certo cognovit vires amplius quam adhuc ad integram „pervestigationem veritatis et sapientiae, quae ex Alto descendit“, esse dedicandas (EC 2).

Decus atque officium Catholicae Universitatis enim est sine ulla condicione sese veritatis causae devovere. Haec namque ratio ipsius propria est qua tum hominis dignitati tum Ecclesiae muneri inservit, cui nempe funditus est persuasum, ut Ioannes Henricus Cardinale Newman dixit, qui a Benedicto XVI inter beatos evectus est, „veritatem esse suam sociam veram [...] atque cognitionem esse rationemque fideles fidei ministras“ (EC 4).

Catholica Universitas est locus, ut in Constitutione Apostolica De universitatibus catholicis Ex corde ecclesiae dicitur, „quo rerum veritatem funditus scrutantur studiosi methodis scilicet cuiusque disciplinae academicae propriis sicque ad hominum cognitionum locupletandum thesaurum adiuvant. Quaeque disciplina tractatur modo systematico variaequae inter se disciplinae adducuntur in colloquium unde mutuo ditentur“ (EC 15).

Verehrte Studierende, Mitarbeiterinnen und Mitarbeiter, werthe Kolleginnen und Kollegen, Magnifizenz,

ich habe Sie zu dieser Zusammenkunft nicht nur gebeten, um Sie zu begrüßen, sondern auch um Ihnen zu eröffnen, was unserer Theologischen Fakultät der Katholischen Universität am Herzen liegt. Die Theologische Fakultät ist zu der Gewissheit gelangt, ihre Kräfte stärker als bisher „der vorurteilsfreien Suche nach der Wahrheit und Weisheit, die von oben kommt, zu widmen“ (EC 2).

Es gereicht nämlich einer Katholischen Universität zu Ehre und gehört zu ihrer Verantwortung, sich vorbehaltlos der Sache der Wahrheit zu widmen. Ist doch dies die ihr eigene Weise, der Würde des Menschen und zugleich der Sendung der Kirche zu dienen. Die Kirche ist zutiefst davon überzeugt, dass, wie John Henry Kardinal Newman, der von Benedikt XVI. heiliggesprochen wurde, sagte, „die Wahrheit ihre wirkliche Bundesgenossin ist [...] und dass Erkenntnis und Vernunft treue Dienerinnen des Glaubens sind“ (EC 4).

Die Katholische Universität ist der Ort, wie es in der Apostolischen Konstitution „Über die katholischen Universitäten Ex corde ecclesiae“ heißt, „an dem Wissenschaftler die Tiefe der Wahrheit der Dinge mit den einer jeden akademischen Disziplin eigenen Methoden erforschen und so zur Bereicherung des Schatzes menschlichen Wissens beitragen. Jede Disziplin wird in geordneter systematischer Weise betrieben, und die verschiedenen Disziplinen stehen in einem Gespräch miteinander und bereichern sich so gegenseitig“ (EC 15).

THEOLOGISCHE FAKULTÄT



Nostra facultas theologiae studebit, ut varias disciplinas in colloquium adducat et respondeat multas quaestiones implicitas, quae tot humanae vitae et societatis aspectus contingunt. Auspiciis praesidii nostrae universitatis sociata opera multiplicium academicarum disciplinarum utemur et institutiones perscrutationis construemus.

Praeterea nostra facultas in arte docendi perseverabit. Bene docet, qui bene distinguit. Etiam oportet, ut Thomas dicit, „non solum profectos instruere, sed etiam incipientes theologiae catholicae erudire“. Quid ergo faciendum? Praesertim faciendum est, „ea, quae sunt necessaria“ incipientibus „ad sciendum [...] secundum ordinem disciplinae“ tradi (Sth, Prooem.). Qua de causa initium gravissimum est, i.e., ut philosophus dicit (cf. Aristoteles: Ethica Nicomachea 1098 b), rectum initium maius quam dimidia pars. Initium rectum multos quaestiones respondet; exempli gratia quaestio, an Deus existit. Quaestio initii demonstrat, ut absurda sit, quoadusque non aperte dicitur, quid significet hoc nomen Deus.

Qualitas investigationis et docendi operis et effectiones nostrae facultatis per corpus externum periodice aestimantur. Lustrum peracto iterum accreditationem peragere debemus. Istam examinationem externam bene praeparabimus.

Id quod a nobis effici oportet, potest numquam fieri, nisi omnes subveniant. Universitas est non solum universitas magistrorum et scholarium, sed etiam personarum non academicarum. Volo hic et nunc nostras secretarias explicite commeminisse. Sine secretariis luculentis et strenuosis facultas nostra nec constare nec exstare potest. Mediis tranquillae et benignae in undis sunt. Iam maximas gratias vobis, venerabiles secretariae, pro omnibus laboribus ago!

Unsere Fakultät wird sich bemühen, die verschiedenen Disziplinen in ein Forschungsgespräch zu führen, um Antworten auf die zahlreichen komplexen Probleme zu finden, die so viele Aspekte des menschlichen Lebens und der Gesellschaft berühren. Unter der Leitung des Präsidiums unserer Universität werden wir auf die Zusammenarbeit unter den verschiedenen akademischen Disziplinen drängen und Forschungsinstitute errichten.

Außerdem wird unsere Fakultät in der Kunst des Lehrens fortfahren. Gut lehrt, wer sorgfältig unterscheidet. Auch ist es nötig, wie Thomas von Aquin sagt, „nicht nur die Fortgeschrittenen, sondern auch die Anfänger der katholischen Theologie zu unterrichten“ (Sth, Prooem.). Was also ist zu tun? Zu tun ist, „das, was die Anfänger wissen müssen, in sinnvoll-fachgerechter Ordnung zu vermitteln“ (ebenda). Hier ist der Anfang entscheidend. Er ist, wie Aristoteles sagt, mehr als die Hälfte des Ganzen. Der richtige Anfang beantwortet viele Fragen (vgl. Aristoteles: NE 1098 b). So ist z.B. die Frage, ob Gott existiert, sinnlos, solange nicht geklärt ist, was das Wort „Gott“ bedeutet.

Die Qualität der Forschung und der Lehre sowie das Wirken unserer Fakultät wird regelmäßig durch eine externe Kommission überprüft. Nach fünf Jahren gilt es, die Re-Akkreditierung durchzuführen. Diese externe Überprüfung werden wir gut vorbereiten.

All das, was getan werden muss, kann nur getan werden, wenn alle mithelfen. Die Universität ist nicht nur ein Zusammenschluss von Lehrenden und Studierenden, sondern auch von Personen der Administration. An dieser Stelle möchte ich ausdrücklich unsere Sekretärinnen erwähnt haben. Ohne unsere mitdenkenden und tüchtigen Sekretärinnen kann unsere Fakultät weder bestehen noch hervorstechen. Inmitten der Stromschnellen bieten sie Ruhe und vornehme Gelassenheit. Schon jetzt danke ich



Ihnen, verehrte Sekretärinnen, für all Ihre Mühen sehr!

„promissa nec aspera curans“ (tessera nostrae universitatis) semestris hiemalis sit nobis tempus bonum coniunctum cognitionibus melioribus et postremo proventibus optimis!

Das Wintersemester möge – „sich um das Ewig-Göttliche, nicht um das Irdisch-Vergängliche sorgend“ (Motto unserer Universität) – eine gute Zeit werden, verbunden mit besseren Einsichten und schließlich mit besten Erfolgen!

Prof. Dr. Manfred Gerwing
Dekan der Theologischen Fakultät